



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VII. Peccatum non recitandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

634 *Moralis Theologia Tract. V. Virtutes,*  
processioni quis non interfuit; quia expressè prescribunt  
in Rubrica; vnde improbo Neoterici docti alias, & enim  
sententiam afferentis haud necessariò Litanias priuatim re-  
citandas.

---

## CAPUT VII.

### *Peccatum non recitandi.*

45. **Q**uantum peccatum est semel totum Officium omittendu-  
re? Mortale, sicut die præcepto non ieiunare; quia præ-  
ceptum illud ex genere suo obligat ad mortale. Non ablen-  
partem omittere. Mortale etiam est; quia grauis materia.

46. Partem Officij notabilem assigna. Quælibet Hora respe-  
ctu totius Officij, cuiuslibet Horæ dimidium. Mautini qua-  
tuor Psalmi longiores, vel tres Lectiones cum Responsoriis.  
Hinc colligo tres Psalms breuiores, tres sine Responsoriis  
lectiones materiam parvam esse, & eius omissionem culpa-  
bilem tantum veniale futuram.

47. Erit ne multiplex peccatum, totum septem Horarum  
Officium omittere? Vnicum quidem peccatum, sed grauius  
vnius Horæ omissione; quia vnicum totius Officij præ-  
cipuum est.

48. Quandonam hoc peccatum contrahitur ob Officij omis-  
sionem? Tunc consummatur, quando quis non recitandi ani-  
mum admittit. Sed si rem spectes, quando terminatur dies  
nec subsist tempus recitationi. *Incipio ante diei terminum.* Si  
duodecima exaudiatur Hora ante Officij terminationem  
cum non multum subsist tempus recitandum, imples præceptum.  
Quod si bona fide iudicasti tempus sufficiens adesse, et si sub  
initium Officij dies terminetur, non peccasti, & præceptum  
impleisti. *Duo sunt Horologia.* Segnus prius insonet, quam  
terminatum iudices diem.

---

## CAPUT VIII.

### *De Attentione.*

49. **A**n ad recitationem Horarum interior requiratur?  
Attention? Probabile est, necessariam non esse, modo in-  
tentio ad sit orandi; quia Ecclesia internum actum non potest  
præcipere.